



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Liber Theologiæ Moralis, Viginti Qvatvor Societatis Iesv  
Doctoribvs Reseratvs**

**Escobar y Mendoza, Antonio de  
Lvgdvni, 1659**

VIII. De peccatis Oris.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41066**

crimen est. Cur in Spiritum sanctorum appellantur peccata? Quia spiritui sancto aditum precludunt, dum scilicet media, aut dispositiones (puta Spem, Timorem, & Dolorem) a se remouent, sine quibus secundum ordinariam legem Spiritus sanctus non iustificat peccatorem. Quamobrem huiusmodi peccata irremissibilia dicuntur, quod difficilis, & rara sit corum remissio, licet non absolute impossibilis.

---

C A P V T VIII.

De Peccatis Oris.

39. **Q**uid Oris delictum? Quod ore perpetratur, seu lingua.

40. **E**tius species recense. Tribus modis species multiplicantur. Primo ex obiectis specie distinctis. Secundo ex eo, quod unus idemque sermo ad obiecta specie diuersa referatur. Tertio ex eo quod licet ad unum obiectum idem specie sermo terminetur, attamen diuersa specie circumstantia affectus est.

41. Aperias autem quoniam modo numero multiplicentur: Ex multiplicatione sermonis moraliter interrupti, & ex morali distinctione numerica obiectorum. v. gr. maledicens Deo & duodecim Apostolis, duo tantum numero peccata committit; quia Deus & Apostoli cuncti duplex tantum distinctum specie obiectum constituunt. Item eadem ratione impetrans familiæ mortem, unum solummodo intendit homicidium.

---

C A P V T IX.

De Peccatis Operis.

42. **P**eccati Operis species & numerum distingue. Operis crima specie differunt ex diuersis obiectis. Numero autem multiplicantur, tum operis multiplicatione moraliter interrupti, tum obiectorum multitudine, quæ moraliter diuersa numero peccata constituunt. Ex intentione tamen ad unum multa opera peccatum unicum efficiunt. Num peccatum operis ex circumstantijs augetur? Ita quidem, tum in ea deinde specie, tum etiam in diuersa.

43. Quæ